

E P I S T O L A

*experta sortem altius caput extulit
res Antiquaria, quam sub b. m. Pa-
rente Tuo Olao Wormio, quo or-
bis Antiquarius, ejus humeris ful-
tus, majorem non vidit. Quin Tu
igitur, hanc Antiquitatis, quam
Tibi consecro, tesseram accipe, qui
his sacris innutritus es, & in quem ut
Paternæ virtutes omnes, ita Anti-
quitatis multifariæ incredibilis pe-
ritia migravit. Non injustam hujus
debiti mei causam agnosces, si sin-
gula capaci animo consideraveris.
Non mea sunt quæ hic cernis; nam
illa ex merito Ipse repetere potes, cui
jure debentur. ARMILLÆ sunt
à Parente meo ex omni Antiquitate
quondam adornatæ, & ex instructissi-
mo Antiquitatis Danicæ penu Patris
Tui illustratæ, cujus de Aureo Cor-
nu ad F. Licetum Responsio, veluti
purpuræ præclara lacinia, annecti-
tur.*